Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



pma.

198

cui credidistis. & unicuiq; sicut dedit dns. Ego plantaui
apollo rigauit. sed dns autem incrementum dedit. Itaq; neq; qui
tat est aliquid neq; qui rigat. sed qui incrementum dat dns. Qui
plantat autem & qui rigat. unum sunt. Unusq;q; autem propriam
mercede accipiet. secundum suum laborem. Dei enim sumus
adiutores. Dei agricultura estis. Dei edificatio estis. Secundum
gratiam quam data mihi est ut sapiens architectus fundamentum
posui. alius autem superedificat. Unusquisq; autem uideat quomo
do superedificet. Fundamentum enim aliud nemo potest po
nere. preter id quod positum est. quod est xs ihs. Si quis autem superedi
ficat super fundamentum hoc. aurum. argentum. lapides pre
ciosos. lignum. fenum. stipulam. unicuiq; opus manifestum
erit. Dies enim domini declarabit. quia in igne reuelabitur. &
unicuiq; opus quale sit ignis probabit. Si cui opus manserit quod
superedificauit. mercedem accipiet. Si cui opus arserit. det
rimentum patietur. ipse autem saluus erit sic tamen quasi per ignem.
Nescitis quia templum dei estis. & spiritus dei habitat in uobis. Si
quis autem templum dei uiolauerit. destruet illum dns. Templum
dei sanctum est. quod estis uos. Nemo uos seducat. Si quis ui
detur inter uos sapiens esse. in hoc seculo. stultus fiat ut sit sa
piens. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud dm. Scri
ptum est enim. Comprehendam sapientes in astutia eorum. Et rursum dicit.
Dns scit cogitationes sapientium. quoniam uanae sunt. Itaq;
nemo gloriet in hominibus. Omnia enim uestra sunt. siue paulus. siue
apollo. siue cephas. siue mundus. siue uita. siue mors.
siue presentia. siue futura. Omnia autem uestra sunt. uos autem christi. christus au
tem dei. Sic nos existimet homo. ut ministros xi & dispensa
tores mysteriorum dei. Hic iam quaeritur inter dispensatores.
ut fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est ut a uo
bis iudicetur aut ab humano die. Sed neq; me ipsum iudi
co. Nihil enim mihi conscius sum. sed non in hoc iustificatus sum.
Qui autem iudicat me. dns est. Itaq; nolite ante tempus iu
dicare. donec adueniat dns. qui & illuminabit abscon
dita tenebrarum. & manifestabit consilia cordium. & tunc